



Dissertatio medica inauguralis de apoplexia

<https://hdl.handle.net/1874/345786>

45.

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
^{DE}
APOPLEXIA.

QUAM,

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

*Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,***D. JOHANNIS LEUSDEN,**Philosophiae Doctoris, & Linguæ Sanctæ in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicus Consensu, & Nobilissima
Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS;

Summisque in MEDICINA Honoribus, Prærogativis &
Privilegiis, ritè & legitime consequendis,*Eruditorum Examini subjicit***DANIEL RICHARDS, DEVONIENSIS ANGLUS.***Ad diem 8. FEBRUARII, horis locoque solitis.*

TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, cīc Ioc xciv.

DISSEMINATIO MEDIOVA
IN LIBRARIA

АПОПЛЕХІЯ

ІАВЕНТА ОЗЕРОЛЯ-МІЗ

ДІОГАНІСЕУСІЕ

Учительські Догми, які писані від імені
Учительського Творчого Ордену

І СІНОН


Академічні та наукові

І УЧАЛОТОВІ, І ГРАДУДОВІ
Сумісні з МІДІІІ і Іонієм, Після

Прийняті від Іоанна Іоанновича

ДАНИЕ РІЧАРДІ, Діяльність якії

Д



ТРАВЕСІЯ РИЗИКА

Ex Officina Principis HARLEM, Academiae
Typographi, CLOPC TEXT

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
APOPLEXIA.
THESIS I.



Nter omnes morbos, qui mortales affligunt, vix ullus datur, qui pejus Prognosticon post se trahit, quam Apoplexia. Quam ob rationem, hunc affectum duxi esse subjectum mea disputatione non indignum. Incipiam ab ejus definitione. Apoplexia est *Abolitio omnium actionum animalium sine febre*. Distinguitur ab Epilepsia & Passione Hysterica, quia in his motus convulsivi adsint. A Lethargo, quoniam semper febre comitatur. Ast non, nisi temperamentum ægri, & causæ præcedentes perpendantur, a Syncope cognosci potest: Sic ex. gr. Si aliquis ætatis juvenilis, bonâ valetudine fruens a terrore subitaneo, a venæctione, a fumis carbonum sulphureis in cubiculo parvo clausoque &c. decidit, & sine motu manet, pronunciandum est, ægrum animi deliquio, non Apoplexia laborare. A somno naturali distingui potest, eò quod hoc morbo affecti, difficillimè, imo interdum nunquam ad actiones animales exercendas excitari possunt.

II.

Licet hæc definitio, ita explicata, sit satis plena, & distincta, gratiâ tamen hunc affectum melius investigandi, placitum est mihi recensere ea, quæ paroxysmum præcedunt, & quæ eum comitantur, ut deinde his perspectis explanatisque naturam hujus morbi ac essentiam ob oculos aliquo modo ponam.

4 DISSERTATIO MEDICA

III.

Ea quæ Apoplexiæ paroxysmum præcedunt, sunt habitus pituitosus, pallor faciei, interdum rubor, ætas senilis, tempestas humida & frigida, crapula, capitis dolor & suppressio excretionis pituitosæ per os & nares, narcotica, incubus, refrigeratio extremonum.

Habitus Pituitosus. Pro ritè formanda praxi quatuor veterum temperamenta sicut Axiomata adhuc retineri debent, quæ inter habitus pituitosus locum habet, qui ex pituita in corpore abundante oritur: Pituita vero hic est portio sanguinis viscidior, frigidior, parum spirituosa, & ad obstructionem in partium poris gignendam capax, unde non est mirandum, quod habitus pituitosus Apoplexiæ præcedit, uti e sequentibus clariùs patebit. Causæ autem pituitæ viscidæ remotæ oriuntur a vitio in sex rebus nonnaturalibus commisso, uti sunt omnia quæ sanguinem viscidum reddunt, scilicet extrema animalium, caro vitulina, cibi sale indurati, pisces præsertim marini, somnus longior, vita sedentaria & otiosa, item acida sanguinem coagulando &c.

Pallor faciei oritur ob sanguinem nimis pituitosum: ut enim sanguis in arteriolas partium minutæ penetret, partesque rubore afficiat, & quasi tingat, necessarium est, ut sit tenuis, floridus & ruber.

Interdum Rubor. Hic accidit ob sanguinem propriè sic dictum humori viscido admixtum, qui vasa implet & distendit, unde motu suo (præsertim quando excretio pituitæ per os & nares consueta supprimitur) aliquo modo retardatus, ubique premit, & ejus portionem tenuiorem in genarum arteriolas &c. intrudit, quæ quia per venas non æquè celeriter refluit, ibi hæret, & colore rubrum efficit, & eò magis, quo magis crapulæ indulget æger.

Ætas senilis. In hac ætate notandum est, quod omnia principia seminifica declinare incipiunt, & ad suam dissolutionem festinant: sic succus digestivus (vulgo fermentum) in stomacho minus fortiter solito cibos penetrat ac dividit, unde loco chyli spirituosi, chylus vappidus, pituitosus atque obstructioni gignendæ aptus generatur, & sanguini suppeditatur.

Tem-

IN AUGURALIS.

Tempeſtas humida & frigida. Nemini non notum eſt, quod materia illa mobilis & fluxilis, quæ nos ambit, non ſit elemen- tum purum, ſimplex, & immixtum, ſed materia variis corpor- ſculis repleta, quæ corpufcula partim per inspirationem, & partim per corporum noſtrorum ſanguinem ſubire poſſunt: ſic ſi multum particularum aquearum in ſe continent aer, tunc corpora noſtra humectare potheſt: unde in maſſa ſanguinea feroflates auge- buntur & cumulabuntur; ſi vero aer particulis frigidis & quaſi gelidis fit imbutus, motum ſanguinis diminuet, & crassas ejus partes crassiores reddet, & hinc obſtructions oriri poſſunt.

In ſomnum propenſio. Somnus non tantum ortum ſuum trahit ab animalium ſpirituū defectu, a quo poruli in cerebro non ſatis tendi ac expandi poſſunt: vel ab eorum diſpendio & defati- gatione a ſeria mentis attentione, exercitio corporis &c. Sed etiam a ſanguine viſcido, qui cerebri tubulos implet, obſtruit, motum ſpirituū impedit & obruit.

Crapula. A nimia liquorū praesertim fortiorum compotatione, liquor haufus chylo & muco ſtomachali imbuitur, & ſic viſcidis particulis ſaturatus, per pylorum intestina intrat, e quibus per motum intestinorum peristalticum, omne quod potheſt ora vaſo- rum lacteorum permeat, & mediantibus meſenterii glandulis ductum thoracicū petit, hinc ad ſubclaviam ſinistrā properat, e qua per truncum venae cavæ adſcendentem in ventriculum cordis dextrum deſcendit ſanguini admixtus, ex eo per fyſto- len in arteriam pulmonalem protruditur, ad pulmoneſ transit, atque hinc per venam pulmonalem ad cordis ventriculum ſini- ſtrum, ut per truncum aortæ adſcendentem & deſcendentem eorumque ramulos ad omnes totius corporis partes deferatur. Liquor porro bibitus, & ſic chylo, muco ſtomachali, etiamque particulis ſanguinis crudis, viſcōſis, chyliferis que nondum in ſan- guinem conveſſis imbutus, ob particulas quoque liquorū ſpi- rituosaſ motum ſanguinis auget, & eum rareſcit, unde ab ejus rareſcentia ope arteriarum vertebralium & carotidarum cerebrum petit, & minutissimos cerebri ductus & porulos intrat, tandem autem ebullitione & motu rapido ſanguinis diminuto, ſero & parte quoque ſanguinis ſpirituosaſ partim per transpirationem, & partim per meatus urinarios dimiſſis, particulae viſcidæ in cerebri mea- tibus anguſtioribus relinquuntur: unde a tali materia vappida &

6 D I S S E R T A T I O M E D I C A

tenaci meandri cerebri obstruuntur, spiritus obruuntur, & exinde via ad somnum profundum & Apoplexiā struitur.

Dolor capitis gravis. Ut sanguis purus & depuratus cerebro spirituum ergastulo deferatur, Provida Natura quædam vasa excretoria, glandulas dicta, fabricavit, ut per harum ductus ac tubulos, pars sanguinis crassior & glutinosior per nares, palatum &c. separetur: si vero ob hujus materiæ viscosæ abundantiam, vel ob ductus glandularum obstructos, hæc pars sanguinis glutinosa non expurgari potest, tunc necessariò sequitur, ut unà cum sanguine per leges circulationis in cerebrum protrudatur, ubi distendendo ramulos arteriarum multifarios meningibus adhærentes, has meninges sensu acuto præditas premit, extendit, atque hinc capitatis dolorem infert.

Narcotica. Opium ab ejus consistentia, odore & operatione in corpore è particulis sulphureis factidis & terreis componi videtur. Quoniam verò parva opii dosis effectum suum exerere potest, non erit rationi incongruum asserere, quod tota ejus virtus in particulis sulphureis consistit, quæ partim ab effluviis ejus tetro-sulphureis spiritus præfocant, & partim discutiendo & dimittendo particulas sanguinis acres biliosasque simul cum serositatibus per cutis poros & renum tubulos, efficiunt, ut humores & sanguis in vasis minus fluxiles evadant, unde motu sanguinis tardius facto, materia sanguinis viscida porulis cerebri facile adhærere & somnum profundum inducere potest.

Incubus. Rarissime hic affectus affligit eos, qui diætâ laudabili, aut cænâ parcâ utuntur: frequentius autem ii, qui vel crapulæ, vel potius nimio ciborum viscidorum ac coctionis difficilis esui, præsertim in cæna sunt dediti, hoc morbo laborant, unde stomacho nimis infarcto, ac distento, atque ejus fermento obruto, nihil præter chylum crassum sanguini suppeditatur, qui vasa pulmonum infaciens, unà cum ventriculi distensione intrusionem aëris in pulmones, motum ac dilatationem liberam diaphragmatis musculorumque respirationi vulgo inservientium impediens, efficit, ut fiat perceptio in somno magni ponderis thoraci incumbentis, metum suffocationis inducentis. A tali quoque chylo viscido tubuli cerebri infarciri, spiritus animales obrui, nervi recurrentes & alii affici possunt.

Refrigeratio extremerum oritur ob sanguinem crassum, frigidum & pa-

& parum vividum, qui vasa minutissima pervadere nequit: huic frigiditati contribuit quoque distantia extremorum a corde (seu potius à maxima sanguinis quantitate in cordis ventriculis, unde etiam calor hujus visceris est petendus) & minor sanguinis quantitas, quæ corporis extremitatibus advenit.

I V.

In paroxysmo adsunt respiratio difficilis, pulsus debilis, nullus motus animalis.

Respiratio difficilis. Aër ob ejus gravitatem & mobilitatem ubique premens asperam arteriam, vesiculas pulmonum levissimas, intrat, ac quantum potest, expandit, donec resistentiam a membrana pulmonum lobos cingente invenit: Ab hac renitentia, aër resultat & repercutitur, unde membrana prædicta se contrahens, & vesiculas premens, efficit, ut aër ex iis sensim exprimitur usque ad sui statū naturalis recuperationem, in quo pressionem aëris novam in sana saltem pulmonum constitutione resistere non potest: si vero pulmones a sanguine crasso sunt nutriti, & ramuli arteriæ pulmonalis a materia viscida & tenaci sunt repleti, necessariò sequitur, ut vesiculæ compressæ fuerint: quæ compressio vesicularum dilatationem quodammodo impedire potest, & eas reddere aptas ad resistendum & infringendum aëris pressionem & gravitatem: unde respiratio difficilis.

Pulsus debilis. Notandum est, quod pulsus est dilatatio & constrictio arteriarum alternata, quæ oritur a sanguinis e corde protrusione in arterias, a qua protrusione in viam strictiorem arteriæ dilatantur & distenduntur: cessante vero vi prudente arteriæ se contrahunt & nonnihil concidunt. Quò autem volatilior & spirituosior erit sanguinis massa, eo frequentior, validiorque erit arteriarum pulsatio. E contrario autem si sanguis sit viscidus, frigidus & minus vividus, ægre movebitur, circulabitur, expandetur, & e ventriculo cordis per ejus systolen in arterias ejicitur, unde minorem diastolen arteriæ patiuntur, & ita debiliter dilatantur, distendunturque.

Nullus motus animalis. Notum est, quod præcipua motus animalium organa sunt musculi. Musculus autem componitur e fibris, arteriis, venis, carne, membranâ, tendine & nervis, e quibus

8 DISSERTATIO MEDICA

quibus partes motui animali inservientes sunt fibræ, membrana tendo & nervi. Quia vero hic motus non perficitur nisi annuentे animâ, necessarium est, quod anima instrumentis uteretur. Hæc instrumenta profecto sunt spiritus animales, qui ad influxum & refluxum in cerebro prompti, ab animæ nutu nervorum principia insiliunt, & musculum petunt, & fibras ejus membranosas & tendinosas inflant & turgescunt, unde musculus brevior redditus, membrum cui inseritur versus principium suum trahit & moveri facit: si vero influxus spirituum animalium in nervos denegatur, tunc impossibile est, ut motus voluntarii perfici possint: hoc autem impedimentum oriri potest e sanguine crasso in cerebri tubulis porulisque hærente, & sic vias ad nervorum principia præcludente.

V.

Ex his examinatis explicatisque colligo ac infero causam hujus morbi in genere esse materiam crassam, viscida, & ad motum sanguinis spirituumque impediendum, atque ad poros obstruendos valde aptam. Nunc restat ergo ut locum & modum obstructionis ac simul generatio-
nis spirituum describamus.

Quoad hæc, Veteres putaverunt spiritus animales in ventriculorum cavitatibus generari e calidissimo sanguine arterioso e plexu choroide exhalante, eosque deinde ex his ventriculis in nervos impelli: sed experientia docuit hanc opinionem esse falsam: quia 1. nulla inter ventriculos & nervos sit communicatio. 2. Quia in hydrocephalo magna seri quantitas usque ad quinque libras (teste Tulpio) in ventriculis reperta fuerit, mente tamen ægri usque ad extremum sanâ existente: unde facilè cuilibet patet absurdum esse spiritus subtilissimos simul cum excrementis crassis effluere. Cartesius autem hos spiritus asseruit e sanguine arterioso plexus choroidis in glandula pineali separari: ast hæc sententia refutatur 1. ob exrementorum copiam in ventriculis illorum hydrocephalo laborantium, ut supra. 2. Quia glandula ista sit nimis parva ad tam ingentem spirituum animalium copiam separandam, quam natura ad motus varios & alias facultates necessariò requirit. 3. eo quod arenulæ & calculi (teste Barbette) in ea inventa fuerint.

Sen-

Sententia aliorum perspectis, mea opinio est, quod materia a qua cerebri medulla nutritur, & e qua spiritus animales generantur, sit tantum pars chyli purissima (nam quod sanguis proprieta dictus in cerebri medullam non ingreditur, ex hoc probatur, quia color partis cerebri medullaris & nervorum est albus) adducta cum ejus vehiculo sanguine per arterias cervicales ac carotides, atque ab eo in parte cerebri corticali separata, e qua a poris medullae angustioribus recipitur (quoad partem sanguinis grossiorem, haec in meninges durarum duplicaturas progrediens, medianibus earum sinibus sanguini in venis jugularibus extra cranium contento per meatus multifarios immiscetur, & ad ventriculum cordis dextrum transit) in qua postquam magis elaboratur, illæ particulae subtilissimæ & effluvia oriuntur, quæ pabulum spiritibus idoneum constituant, & ad transeundum in medullam oblongatam, & hinc in nervos apta redduntur. Residuum autem hujus chyli spirituosi, quod in spiritus non converti potest, vel pro medullaris cerebri, cerebelli &c. partis nutritione consumitur, vel quod non assimilari aptum est, in ventriculos per poros & glandularum ductus amandatur, ut mediante infundibulo in glandulam pituitariam, & deinde in venas jugulares transeat: si vero accidat in Cachochymicis, (quorum vasa saepius a sanguinis aliorumque humorum plenitudine distenduntur) quod sanguis ob humorem viscosum & glutinosum ei coniunctum in motu suo per arteriarum ramulos in cerebro impeditur, tunc a sanguinis novi pressione & protrusione secundum legem circulationis, necessaria sequitur, quod arteriolæ valde dilatae fuerint, unde extravasatio & profluvium sanguinis spirituumque in eo contentorum, & hinc Apoplexia (pabulo pro spirituum generatione abscesso, & cerebro inundato) oriri possunt. Porro si pars sanguinis chylosa nutritioni cerebri &c. pabulo & generationi spirituum destinata existet mucosior ac viscidior quam solet, atque in parte medullari, vel medullâ oblongata hæret Apoplexiā quoque inducere potest.

V. I. *Quoad causas externas Apoplexiā inferentes, scil. casum ab alto, contusionem, vulnus &c. studio sicco pede prætereo.*

B

Quod

10 D I S S E R T A T I O M E D I C A

V I I. *Quod attinet Prognosin:* dico Apoplexiā ortum suum a sanguinis extravasatione ducentem esse lethalem. Sin vero oriatur Apoplexia ab obstructione solā in parte medullari, tunc æger excitari, relevari ac curari potest nulla Paralyssi subsequente. Si vero fiat obstructio in medulla oblongata, vel potius, si nervorum omnium ora principiaque a materia glutinosa obliniuntur & occluduntur, conclamatum est. Si tantum aliqua nervorum ora obstruantur, tunc, quamvis succedat unius vel plurium partium paralysis, tamen mediis idoneis a medico perito usurpati excitari, & diu a morte (consideratis considerandis) præservari potest laborans. Quo major & profundior est somnus, a quo æger difficilius expurgatur, eo majus portendit vitæ periculum. Respiratio & pulsus difficilis ac debilis, malum. Alia præfigia ex ægri temperamento, ætate, causis remotis &c. peti possunt.

V I I I. *Naturā morbi investigatā, supereft,* ut methodum curandi, quæ est duplicitis generis, proponamus; scil. alia est instituenda in paroxysmo ad ægrum excitandum, alia vero extra paroxysmum ad relapsum præcavendum. In paroxysmo medicus ad Apoplecticum vocatus, primò eum distinguere debet a mortuo, vidento an respiratio extet; hoc efficitur, si speculum ori admoveatur, & videat, an ejus superficies humectetur; vel collocentur ante nares & super labia flocculi, ut videatur, an hi respiratione moveantur; si ægrum vivere compertum fuerit, tunc in paroxysmo, ubi in cachochymicis sanguis pariter atque humor pituitosus adest, *venefactio* conducit. Ast vero ubi præsertim in senibus humores pituitosi ac frigidi peccant, *venefactio* est fugienda, & ejus loco admoveantur humeris *Cucurbitula* scarificatae, vel non scarificatae, & imponatur vertici capitis raso *vesicatorium* acre & amplum ad materiam viscidam in cerebri porulis stagnantem dissolvendum, & spiritus exertandos. Interim applicetur naribus *spir. sal. galat. Armon. cum alo. succin.* & imēt. *affeat.* mixtus, & in phiala

I N A U G U R A L I S.

phiala collum angustum & longiusculum habente contentus. Illin-
natur & affracentur etiam tempora & nucha ol. lavend. vel major.
destillato. Paretur porro & injiciatur tepidè quamprimum *Clyster*
acris. Sed hic non possum, quin notem errorem medicorum,
qui in hoc morbo nullam moram tolerante præscribunt enema-
tum bases ex decocto herbarum, quæ sæpiissimè nec adsunt, nec
nisi post longum tempus parari possunt. Ad hoc malum ergo vi-
tandum, sequentem formulam excogitavi

R. *Hydromel. vel Aq. pulieg.*

concalefact. 3vij.

cui adde *Infus. Croc. metal. 3ij.*

Sal. gem. 3ij.

Diaprun. solut. 3j.

M. pro enemate.

Si ab his non resuscitetur æger, injiciatur naribus per syringam
parvam *Spir. sal. volat. Armon.* vel si lubeat, *Aq. Puliegii tempe-*
randus. Si his tentatis, æger ad se redeat, sique quoque sit faci-
lis ad vomendum, & vires permiserint, exhibeatur tale vomito-
rium

R. *Aq. Card. bened. 3fl.*

Infus. Croc. metal. 3j.

Oxymel. Scyllit. 3fl. M.

Ad ejus operationem promovendam bibat possetum cum thee in-
fusione, vel loco Emetici detur Catharsis.

R. *Mass. pil. coch. maj. 3j.*

Mercur. dulc. gr. vij.

Troch. Alband. gr. iiiij.

Diagrid. gr. iij.

Syr. de ros. solut. q. s.

F. Pil. deauranda.

Quæ quoque post debita intervalla per tres vel quatuor vices sunt
repetendæ. Si purgantia debiliora desiderentur

R. *Fol. Sen. Alexand.*

Sine stipit. 3fl.

Troch. Agar. 3j. ad 3fl.

Sem. Anis. 3j.

Infund. in s. q. Aq. font. & stent.

Super cineres calidos per noctem

D I S S E R T A T I O M E D I C A

Mane colatura $\frac{3}{4}$ ij. Addatur
Syr. rosac. solut. $\frac{3}{4}$ ʒ. M. F. Potio.
Deinde diebus interpolatis exhibeantur medicamenta, quæ humores viscidos incident, attenuant, & simul pulmones & fau-
cium glandulas expurgant.

R. Rad. Salsaparil. $\frac{3}{4}$ j.

Lign. Guaj. cum Cort. $\frac{3}{4}$ ʒ.

Macerentur per horas xij.

in aq. simp. $\frac{1}{2}$ iiij. Mane

affundatur Aq. tepida q. s. &

Adde Rad. Helen. $\frac{3}{4}$ ʒ.

Fanic. $\frac{3}{4}$ j.

Calam. Aromat. 3vj.

Herb. puleg. Mij.

Serpil.

Majoran. aa. Mj.

Scabios.

Card. bened. aa. Mʒ.

Sem. Fenic. dulc.

Anis. aa. $\frac{3}{4}$ ʒ.

F. S. A. Apozema expressionis

$\frac{1}{2}$ iiij. vel v. Adde Suc. cochl.

deparat. $\frac{3}{4}$ ij. Aq. Angel.

magis comp. $\frac{3}{4}$ j.

Syr. de beton. comp.

de Erysimo aa. $\frac{3}{4}$ j. M. sumat.

baustum tepide ter vel quater in die

Postquam materia crassa partim per purgantia, & partim per tale decoctum sit attenuata, sudorifera e volatilibus convenire pos-
sunt: nam si volatilia exhiberentur, dum massa sanguinea est
nimis viscida, particulis serosioribus sic profligatis, & tenacibus
relictis, obstructio pororum potius quam referatio sequeretur.

R. Aq. Puleg. $\frac{3}{4}$ j.

Lil. Conval. $\frac{3}{4}$ j.

Spir. Sal. vol. Armon. gt. xvj. ad xxiiij. M.

Cap. cochleatum donec excitabitur sudor. vel

Eliciantur sudores per decoctum præscriptum aliquot guttis Spir.
Sal. vol. Armon. additis. Humoribus attenuatis Infusa & Conservæ
Ro-

Rorismarin. Salv. cum decoct. Lign. Sassafr. ad cerebrum & genus nervosum corroborandum conducunt. Interim utatur æger ad libitum potu Thèia & Coffee cum aliquibus tint. Castor. guttis ad somnum repellendum. Ad vires refocillandas haustus cardiaci permitti potest. Conveniunt aër serenus & moderatè calidus, vigilæ moderatae, exercitium, cibi, qui succum tenuem, &c aliabilem præbent, uti caro vervecina, puli &c. pro potu cerevisia tenuis, infus. Coffée, Thèc, hydromel &c. Subinde in tempore vernali & autumnali in usum revocari Catharsis & alia possunt. Pro curatione Paralysis, si hunc morbum sequeretur, eadem methodus inservire potest, paucis externis usurpatiis, & sic finem impono.

COROLLARIA.

I.

Febris est motus sanguinis auctus cum dolore & debilitate virium.

II.

Ex una eademque causa omnis febris (febre maligna & hectica exceptis) oriri potest.

III.

Circulatio sanguinis non tantum fit in artuum extremitatis ex gr. digitorum &c. sed in omnibus aliis corporis partibus.

IV.

Venæsectio acrimoniam sanguinis non tollit.

V.

Diaphragma, musculi intercostales &c. in respirationis actione sunt merè passiva.

V I.

*S*uppresso mensum nisi sit subitanea, nullius morbi est
causa.

V I I.

*A*bsurdum est afferere fætum in utero per os nutriti.

V I I I.

*S*emen humanum imagines compendiosas vel epitomen
omnium partium, sanguinis quoque ac humorum uti-
lum in se continet: unde deduco primum sanguificatio-
nis principium, morbos hæreditarios &c.

I X.

*O*mnes corporis partes a cibis diversarum specierum nu-
triri possunt: unde adaptatio pororum a particulis pe-
culiariter figuratis refellitur.

X.

*V*ero simile est quod singula corporis partes præter tubu-
los peculiares, peculiarem habeant etiam succum (vul-
go fermentum) per quem extrahunt, disponunt & con-
vertunt alimentum in suarum nutritionem.

X I.

*P*robabile est vertiginem ortum suum ducere ob quosdam
tubulos in thalamis nervorum opticorum obstructos.

X I I.

*C*erebrum, aque ac ossa, non sentit.

X I I I.

F I N I S.

V

incolari potest in aliis respiratione facilius, amputando

III